Avend' io poi trovati gli ostacoli tali, che poteano essere benissimo superati, accrebbe vigore all'animo la felice disposizion delle cose e l'ardimento maggiori idee e d' assai più difficili mi consigliò. Pensai che non poco acquisterebbe l'opera di dignità se la trasportassi in latino. La speranza facendomi credere, che qualora o in una coltissima città, dopo d' esservi stata qualche volta rappresentata in Italiano, o in una scelta adunanza d' uomini dotti, vi fosse udita, ne guadagnerebbe di molto, m' ho addossata questa seconda fatica. E di fatti quanto non vi si accresce di dignità di grazia di venustà scrivendola in quel linguaggio di cui negli autori del se-

ne conscriptum prodeat quo nobilissimi auctores usi sunt qui octavo ab urbe condita saeculo floruerunt, quo ineunte, ut antea dixi, res nostra agitur. Uti*nam, auditores, non factis modo sed etiam latino sermone insignia ea tempora vobis ad vivum referre possem, quibus virtutes pleraeque exulabant, profligatis jam moribus, quibus humaniores florebant litterae, omnibus (quod mirum) civium romanorum sanguine redundantibus, quibus denique urbs orbis terrarum domina inter suos cives multos gloriae natos, criminibus atque suppliciis fortasse plures numerabat.*

Pauca nunc de ea rerum veritate quam ducem ac magistram in longo ac difficili itinere secutus sum, eaque parte quae ad mores pertinet, dicamus.

Corruptos mores corruptosque cujuslibet fortunae ac conditionis homines vobis sisto. Videbitis itaque hic omnia non fictis, ut passim in plerisque historicis, sed veris coloribus expressa. Conferte, exempli causa, NAPOLEONIS *MAXIMI veram germanamque gloriam, quae omnium est in oculis, cum falsa vel saltem exaggerata Divi Augusti celebritate; intelligetis profecto audaces homines belligerasque nationes immeritam sibi famam saepissime vindicasse.* Id *reputantes animo non poteritis pro-*

fe-

colo ottavo di Roma, nel principio del quale, come ho detto ho stabilita l'azione, ne serbiam sì pregevoli documenti! Potessi, uditori, trasportarvi coll'azione non solo, ma pur con la lingua a que' tempi famosi di virtù quasi spente e ramminghe ne' quali fiorivano (meravigliose cose ad udirsi) i più begli studi mentre che a fiumi scorreva il sangue de' cittadini romani, ne' quali finalmente la città sovrana dell' universo annoverar dovea fra i suoi figli, e que' molti ch'eran nati alla gloria e quegli altri non pochi ch'eran nati al patibolo!

Diciam ora poche cose di quella verità la quale come regina e maestra nel difficile assunto m'è guida, e dello scopo morale che mi ho prefisso.

Io vi presento, o uditori, il vizio e il vizioso qnalunque siasi e qual'è, dovunque egli s'attrovi. Vedrete perciò le cose e le persone quali furono davvero, non quali da molti storici furono imaginate. Confrontate, come ve ne offro un esempio, la vera immortal gloria del GRANDE che abbiam sott'occhio con la falsa o per lo meno esagerata celebrità di colui che fe' Augusto chiamarsi, e dalle verità e da' confronti vedrete come sovente ed uomini arditi e nazioni belligere han fama perchè se l'hanno usurpata.

fecto quin ita mecum NAPOLEONEM ipsum alloquamini; diu vive, o IMPERATOR totius orbis MAXIME, obsecundent tuis votis superi, o immortale nostrae aetatis ingenium, qui hoc inter caetera longe maximum beneficium in genus humanum contulisti, ut quivis vere ac libere possit fari quae sentiat; qui singulari quodam ac propemodum divino fretus sapientiae lumine eas tenebras dispulisti, quas obscurus aquilo universae Italiae minitari videbatur; qui denique effecisti ut artium scientiarumque cultores ea libertate uti possint quam inviolabilem in litteraria republica esse praestandam Fridericus philosophus et rex praedicabat.

Nihilo tamen secius saepe audietis quamplurimos, qui, inscitia ne praeteritorum temporum, an servili consuetudine aliena repetendi, haud facile dixerim, bellicam Augusti virtutem mentemque regendis populis factam ad sydera efferant, aut Catones severioris disciplinae fama praestantes, aut eroica Scipionum facta perpetuis laudibus celebrent, qui veram pacem Octavianam appellent, et illud aureum saeculum vocitent, quo ipsis sceleribus triumphi quodammodo decernebantur, quin meminerint aut velint reminisci Octavianum nulla ex veris virtutibus fuisse praeditum, Catonum vitam nefariis

tur-

pata. In queste considerazioni non potrete far a meno di meco esclamare: vivi, o MASSIMO IMPERATORE dell' universo, vivi, o immortale sovrano genio dell'età nostre, che fra beneficj tanti all'uom ridonasti il sacro alto diritto di liberamente pensare e scrivere quel che sente, che con la immensa quasi divina tua luce quelle tenebre diradasti le quali dalle aquilonari regioni sembravano minacciar la più bella parte del mondo, cui mercè finalmente anche nello studio delle ottime discipline e delle buone arti godiam ora quel prezioso tesoro quella santissima libertà, che assennatamente il filosofo re, Federico, sostenea dover esser inviolabile nella republica delle lettere.

Nulla di meno, ascoltatori, sentirete sovente cert' uomini, non so se per ignoranza di storia o per animo accostumato a ripetere servilmente le cose da altri disseminate, innalzar alle stelle o il valor guerriero e il genio di Augusto, o la severa virtù de' Catoni, o le vite eroiche degli Scipioni, e denominare pace perfetta la pace Ottaviana, secolo d'oro il secolo della esaltazione d'ogni empietà, senza ricordarsi o volersi ricordare costoro che Ottaviano di virtù vere non ebbe mai abbellito l'animo, che di negre macchie indelebili è cospersa la vita de' Catoni,

che

turpissimisque maculis esse conspersam, nec leviori-bus Scipiones ipsos dehonestari, et quo magis flo-rebant litterae, eo deteriorem civium romanorum conditionem fuisse, qui eo minus suum jus suâ bona vitamque ab injustis ac potentioribus reipublicae dominis tueri poterant, quo magis merita commendatione vigebant ejus aetatis scriptores, qui ipsorum potentiam auribus lenocinabantur. Semel hoc et saepius ex me et etiam clarius audietis homines in deorum numerum relatos, qui simul ac in hominum conspectum lucemque prodierunt digni erant in quos universum genus humanum insurgeret, videbitis obscurari, imo evanescere omnino illius celebritatem, qui nec militari virtute ulla nec praeclaro ingenio a natura donatus, omni autem humanitatis sensu destitutus Mecenatis et Agrippae opera ad totius orbis terrarum imperium evectus immerito sibi Augusti nomen arrogavit, hoc, inquam, videbitis Augustum cum NAPOLEONE conferentes, qui virtute bellica non functa, qui vera animi magnitudine, qui perspicaci ac versatili ingenio ipse sibi in hominum animis perennis benevolentiae monumentum erexit hujusmodi, quod omnium Latii templorum magnificentiam gloriamque longissime praetergredietur.

Ve-

che d' altrettante e maggiori n'è lorda quella degli Scipioni e che l' aureo secolo della letteratura era un flagello di più per la misera umanità, la quale tanto meno avea di dritto di voce di sangue di vitalità quanto più avean di fama e di credito quegli scrittori che co' loro componimenti lusingavano gli oppressori di lei. Sì, vel ripeterò, o spettatori, e più chiaramente ripeterollo, vedrete uomini divinizzati, che meritavano al loro comparire nell' universo la persecuzione del genere umano, vedrete dissiparsi qual nebbia la celebrità di colui il quale senza valore senza singolari talenti, coll' animo affatto privo di qualunque sentimento di umanità, fattosi grande coll' opera di Mecenate e d' Agrippa, s' usurpò scaltramente il soprannome d'Augusto, ponendolo a rimpetto di quel vero GRANDE, che dallo sperimentato valor militare, dalla costante magnanimità, dall' onniveggente e a tutto disposto suo genio trasse i sacri diritti per innalzar colle proprie mani a se stesso il monumento più glorioso assai di tutti i templi del Lazio, l' amore eterno nel cor de' suoi simili.

Verum ne vos lateat quibus in longo hoc difficilique opere vestigiis institerim, alia nunc vobis exponam.

Praecipuorum auctorum diligentiam fidemque, Livii scilicet, Sallustii, Taciti, Svetonii, Plutarci, Valerii Maximi, Dionis, Appiani Alexandrini, aliorumque secutus, ineuntem annum ab urbe condita septingentesimum decimum secundum rei agendae constitui, M. Emilio Lepido, L. Munatio Planco consulibus, qui est quadragesimus secundus ante Christum natum. Haud erit fortasse injucundum si vobis praecipua hujus anni facta in memoriam revocavero. Hoc anno, Cicerone philosophorum atque oratorum longe principe jam interfecto, a Cassio Rhodos, Lycia a Bruto capta est: hoc ipso anno, qui Ovidii ortum proxime est subsequutus, nefaria reipublicae discerpendae ratio inita jam fuerat, et per pecuniam ex proscriptis opulentiorum bonis collectam illustriorum civium capita quotidie a sicariis emebantur; hoc eodem Horatius annos natus tres et viginti sub Bruto militabat annum agente trigesimum septimum. Octavianus vero, natus anno ab urbe condita sexcentesimo nonagesimo primo M. Tullio Cicerone et C. Antonio Nepote consulibus, ex accuratissimo Sanadone et Blacvvellio et Millsio an-

Ma perchè abbiate ancora una qualche idea delle tracce che ho seguite in questo lungo e malagevol lavoro, altre cose v' indicherò.

Colle norme diligenti, che offrono i più accreditati scrittori, cioè, Livio, Sallustio, Tacito, Svetonio, Plutarco, Valerio Massimo, Dione, Appiano Alessandrino, e tant'altri, ho fissata l'epoca dell'azione nel principio dell'anno settecento e dodici di Roma, essendo consoli M. Emilio Lepido, C. Munazio Planco, innanzi la nascita di G. C. quarantadue anni. Non sarà forse spiacevole ch' io vi faccia risovvenire qual anno fu questo. Questo è l' anno della presa fatta da Cassio di Rodi, da Bruto della Licia, l' anno appresso della morte del più grande filosofo ed orator de' romani, e il più vicino a quello in cui nato è Ovidio; già in quest' anno medesimo si eran fatte le orribili transazioni triumvirali, e il denaro de' facoltosi contrappesavasi tutti i giorni col sangue e colle teste de' più illustri cittadini da sicarii recise; in questo tempo Orazio in età di ventitre anni militava con Bruto, il quale ne avea trentasette. Secondo il computo dell' esattissimo Sanadon il quale s' accorda col Blacvvell e col Mills e con alcuni

num vigesimum primum compleverat, qui fuit alterius triumviratus secundus, ipso C. Octaviano, M. Lepido, M. Antonio triumviris. Quis unquam arbitratus esset fore, ut, eo percelebri anno, imo iis ipsis diebus, quibus pater patriae Catilinae furorem ac minas a republica avertit, scelestus ille in lucem ederetur, qui postea ad imperii dignitatem evectus eandem funditus everteret! Hac aetate quamplurimi ex illustrioribus philosophis oratoribus ac poetis, quos passim in comoedia notisque invenietis, florebant, Romaque peregrinis hominibus celebrabatur, graecis praesertim qui oratoriae artis atque philosophiae praecepta tradebant, maximo romanorum juvenum concursu, quamvis ex iis non pauci Athenas praeclarissimos artium scientiarumque professores eodem tempore audituri confluerent. Hoc denique anno, quo mors Bruti et Cassii aliorumque illustrium romanorum civium et Philippense praelium contigit, hoc inquam incipiente edictum illud a triumviris est propositum matronis millibus quadringentis indicens

my-

altri da me confrontati, Ottaviano, nato nell'anno seicento e novant'uno sotto il consolato di M. Tullio Cicerone e di C. Antonio Nipote aveva anni ventidue, ed era quest'anno stesso il secondo del secondo triumvirato composto di C. Ottaviano di M. Lepido e di M. Antonio, triumviri. Chi avrebbe mai detto che in quell'anno glorioso, in quei giorni d'eterna memoria, ne'quali il padre della patria salvava la republica dal furore di Catilina, in que' giorni medesimi dovesse nascer quel malfattore che avesse spietatamente a rovesciarla da' fondamenti! Circa quest' anno fiorirono tutti quegli uomini illustri nella filosofia e nelle lettere, che riscontrerete tratto tratto nella commedia e nelle note, dove pure vi troverete la prodigiosa affluenza in Roma degli stranieri, e singolarmente de' greci, i quali vi aprivano scuole di filosofia e di eloquenza con grandissimo concorso della gioventù romana, malgrado che una gran parte di essa già in Atene attingesse alle sorgenti più rinomate gli elementi delle scienze e d'ogni bell'arte. In quest' anno finalmente, famoso per la battaglia di Filippi, per la morte di Bruto e Cassio, e d' altri illustri cittadini romani, al cominciar, dico, di questo anno, fu emanato da' triumviri quell' editto per cui mille e quattrocento romane furono chiamate a contribui-

myriades viginti mille, supra sexies scilicet decies centena millia nummorum aureorum, quo in edicto tota res vertitur.

Cum de hujusmodi comoedia agatur, quae argumenti dignitate caeteris praestat, videtis jam superesse partem specie quidem exiguam, re autem maxime laboriosam ei praesertim qui quandam quasi tabulam exhibere velit numeris omnibus absolutam. Quare si de tricliniis sermo incidit, Manutium de accumbendi et comedendi ratione, si de coenis, Laurentium, si de piscibus, Jovium, Ciasconium, Juvenalem, Horatium, Petronium aliosque consului. Si ejus cupiditatis memini vel insaniae potius, qua omnigenorum suavitates odorum romani avidissime consectabantur, multa me a Servio a Plinio a Seneca accepisse deprehendetis, a Quercio accuratissime collecta: si aliquando urbem perambulo Minutolum et Marlianum sequor; si de gemmis, de sericis vestibus, de margaritis, de supellectili, de vino, de calceis, de tappetis, atque aliis hujusmodi quamplurimis loquor, iis auctoribus adhaereo qui res easdem pertractant, et ne esset errori locus, Grevium et Grenovium, Sallengrium, Rubenium, Monfoconum et Bardonum et secreta Caesarum documen-

re la somma di venti mille miriadi, che formano più di sei milioni di doppie d'oro, editto intorno a cui si ravvolge tutta l'opera mia.

Trattandosi d'una commedia, la quale sta al di sopra dell'altre per la grandezza dell'argomento, voi vedete, che rimaneva una parte in apparenza minuta, ma in realtà essenzialissima per quel pittore che volesse presentarvi compito il suo quadro. Se io vi parlai dunque de' triclinii trassi le cognizioni dal Manuzio intorno al giacer a mensa ed al mangiar de' romani, dal Laurenzio intorno alla cena degli antichi, da Giovio de' pesci, dal Ciasconio, da Giuvenale, da Orazio, da Petronio e da altri. Se vi accennai il trasporto anzi il furor de' romani per gli odori avrete in quel che vi accenno molti lumi lasciatici da Servio da Plinio da Seneca, raccolti diligentemente dal Querci: se qualche volta passeggio per Roma mi fo condurre dal Minutolo e dal Marliano; se di gemme e di vesti, di seta e di perle e d' arredi e di vini e di calzari e di tappeti e di tant' altre simiglianti cose vi parlo, sappiate che agli autori corrispondenti alle materie delle quali parlo m' attenni, e Grevio e Grenovio e il Sallengrio e il Rubenio e il Montfaucon e il Bardon e alcuni segreti documenti de' Cesari lessi rilessi disaminai per non

ca-

ta iterum ac saepius perlegi, nec pauca ex accuratissimo Tiraboschio, et aureo illo libello adjumenta duxi de romanorum commercio ab eruditissimo Mengotto conscripto, quem in oratorio ludo fictisque forensibus causis mihi socium fuisse glorior cum Venetiae singulari rerum omnium magnificentiae ac prorsus suae, qua nunc quoque caeteris urbibus antecellunt, splendidissimam gravissimorum judiciorum formam ac solemnia oratorum certamina romanorum more instituta conjungebant.

In hac ipsa pulcherrima urbe ac propemodum divina, in qua etiam cum me arti dramaticae dedissem tanta humanitate ac benevolentia exceptus sum, in animo est, ut haec comoedia primum in scenam prodeat. Venetos enim auditores haec tria commendant, diligentia in audiendo, exquisitus sensus in degustando quae audiunt, maturitas et humanitas in judicando.

Nihil itaque mihi nunc aliud dicendum superest, quam ut vobis opus et auctorem commendem. Si saepius erravi, rei difficultas mihi veniam conciliet; si raro, vestra me benignitas admoneat; quam grati animi sensu nunquam non recordabor. Hic

meo

cader in errore, e fei grandissimo conto della storia letteraria dell'esattissimo Tiraboschi e della eruditissima e ragionata dissertazione dell'illustre Mengotti, del cui sodalizio in accademici oratorj esercizii m'onorai tanto quando Vinegia alla sovra umana magnificenza di cui ella tutt'ora va adorna in se accoppiava pomposi metodi giudiziari e publici oratorj conflitti somiglianti a quei de' romani.

In questa istessa prodigiosa e bella città, dov'io anche come teatrale scrittore fui liberalissimamente accolto e protetto desiderai che si rappresentasse per la prima volta questa commedia, sapendo di certo per avuta esperienza, che i Veneziani queste tre qualità posseggono preziosissime; attentamente ascoltano, con vivo dilicatissimo senso gustano, giudicano rettamente e sempre con somma indulgenza.

Ma al dire fine una volta, e questo fine comprenda il raccomandarvi, o ascoltatori, e l'autore e la di lui opera. Se in qualche errore io caddi sovente, deh vi prego scusarmi colla difficoltà dell' impresa, se di rado, pregovi d'indicarmelo, correggermi, illuminarmi: v'attesto da questo punto la mia riconoscenza. E' mia intenzione far cosa la

meo operi propositus est finis, ut si quis emendandum curaverit, non sibi totum adscribat, si imitandum, inventionis tamen mihi laudem relinquat: utroque autem modo vobis utilitatem afferat voluptate conditam.

---

quale, se da altri corretta, a me non tolga una parte essenziale di merito, se imitata, mi lasci il pregio della invenzione, nell'uno poi e nell'altro modo, porga a voi miei connazionali istruzione e divertimento.

PERSONAE.

HORTENSIA *Q. Hortensii oratoris celeberrimi filia, venustate corporis, acri ingenio, singulari eloquentia, doctrina, morumque comitate, praedita.*

CAECILIA METELLA, *matrona maxime ambitiosa et prodiga, divitiis affluens ac voluptatibus dedita, nupta Asiae proconsuli, cujus gratiam perofficiose aucupatur Aesopi comici filius.*

LARONIA, *aetate provecta, genere illustris, ob nimiam prodigalitatem et luxuriem septies res suas divortii causa habere jussa, dicacissima, rerumque graecarum amore perditissima.*

CYTHERIS *mima et saltatrix percelebris, Cornelii Galli poetae insignis prius amica, postea M. Antonium triumvirum secuta: ab hoc deinde propemodum oblita ac neglecta, a primoribus poetis culta et celebrata.*

CLODIA *Q. Metelli Celeris morte viduata, P. Clodii, Ciceronis inimici, soror, fastu morumque depravatione ac ferocia praesignis, quam Catullus poeta adamavit sub Lesbiae nomine.*

TE-

PERSONAGGI.

ORTENSIA, figlia del celebre oratore Q. Ortensio, dotata di bellezza, di vivacissimo spirito, di singolar eloquenza e dottrina, non che d'oneste e seducenti maniere.

CECILIA METELLA, matrona ambiziosissima, prodiga, ricca, voluttuosa, moglie d'un proconsole in Asia, vagheggiata dal figlio del comico Esopo.

LARONIA, matrona molto attempata, d'ordine illustre, per la eccessiva sua splendidezza e lusso divorziata da sette mariti, eloquente e satirica, per tutte le cose greche passionatissima.

CITERIDE, mima e ballerina celebre, un tempo amata da Cornelio Gallo famoso poeta, poi preferente l'affetto di M. Antonio triumviro, indi da questo quasi dimenticata e negletta, corteggiata da' più rinomati poeti che s'attrovavano in Roma.

CLODIA vedova di Q. Metello Celere, sorella di P. Clodio nemico di Cicerone, orgogliosa, feroce, dissoluta, amata dal celebre poeta Catullo sotto il nome di Lesbia.

TE-

TERENTIA Mecoenatis uxor, pervenusta forma, iracunda, irrequieta, cerebrosa, a C. Octaviano triumviro in primis culta.

Multae praeterea matronae romanae, splendidissimis ditissimisque vestibus qua graecis qua asiaticis, prout res postulaverit, omnigenisque gemmis exornatae.

C. OCTAVIANUS, triumvir, adolescens, animi ferox et crudelis, simulator, timidus, ambitiosus, metu, non amore, alieni potius ingenii laude quam sui, ad imperatoriam dignitatem evectus, venustate corporis eximius.

M. LEPIDUS, triumvir, virili aetate, ignaviae, avaritiae, somno gulaeque deditus, scelere atque nequitia soli Octaviano secundus.

M. ANTONIUS, triumvir, aetate virili, satis eloquens, a militari scientia non abhorrens, turpissimorum quorumcumque vitiorum patronus et assecla, gladiatorio èt herculeo corpore.

MECOENAS, eques romanus, Octaviano familiarissimus atque intimus, apprime doctus, pulcherrimarum artium ac disciplinarum amantissimus, erga nobilissimos quosque philosophos artiumque cultores largus ac liberalis; patiens maritus, civis optimus, consilio prudens, sermone jucun-

dus,

TERENZIA moglie di Mecenate, matrona di molta avvenenza, iraconda, inquieta, capricciosa, da C. Ottaviano molto distinta.

Molte matrone romane adorne di splendide e ricche vesti, di gemme preziose e varie, le une e le altre secondo le mode d'Asia e di Grecia indicate nella commedia.

C. OTTAVIANO triumviro, giovinetto, d'indole feroce e crudele, simulatore, timido, ambizioso, dal timore non dalla persuasione, più per gli altrui che pe' propri talenti, esaltato, bellissimo di persona.

M. LEPIDO triumviro, in età virile, infingardo, avaro, sonnacchioso, ghiotto, per scelleraggine e malvagità inferiore al solo Ottaviano.

M. ANTONIO triumviro, in età virile, di qualche eloquenza e militar talento, d'ogni turpe dissolutezza e vizio seguace e proteggitore, di forme atletiche e colossali.

MECENATE semplice cavaliere romano, familiare con Ottaviano, dottissimo, amantissimo d'ogni bell'arte e disciplina, d'ogni illustre filosofo e artista amico e benefattore: marito, paziente; cittadino, ottimo; uom di governo, saggio: amenis-

dus, affectatus tamen, voluptatibus pene ultra foeminam fluens.

ASINIUS POLLIO, *litterarum et scientiae militaris peritus, salebrosus orator, historicus, tragicus, ingenio invidus, virtutis ostentator, gratiae Octaviani et Antonii studiosus.*

ATHENODORUS TARSENSIS, *philosophiae moralis praeceptor, vulgo Sandonius, cujus postea auditor fuit Octavianus.*

ARCHITRICLINIARCHA, *vel triclinii praeses.*

Praeco.

Populus romanus.

Artifices varii.

PERSONAE MUTAE.

Nonnullae proscriptorum familiae.

Servi Syrii, Aegyptii, Aethiopes.

Carpus, sive scindendi obsonii magister.

Senatus.

Alii magistratus.

Praetores.

Tibicines varii.

simo; in società; alquanto però affettato, voluttuoso a dismisura.

ASINIO POLLIONE, uom di letterari e militari talenti fornito, aspro oratore, istorico, scrittor tragico, di carattere invidiosissimo, ostentator di virtù, ambizioso del favor d'Ottaviano e d'Antonio.

ATENODORO TARSENSE, filosofo, fu poi maestro di morale filosofia d'Ottaviano, detto volgarmente Sandone.

L'ARCHITRICLINIARCA, ovvero il sopraintendente al triclinio.

Araldo.

Popolo romano.

Varii artigiani.

PERSONAGGI CHE NON PARLANO.

Alcune famiglie di proscritti.

Servi Sirj, Egizj, Etiopi.

Il Trincia.

Il senato.

Altri magistrati.

I pretori.

Suonatori di varie sorta di tibie.

Viri perillustres, tum romani tum peregrini, praesertim graeci philosophi, qui in Pompeji porticu deambulant.

Lictores, qui triumviros comitantur, praecone praeeunte.

Gladiatores, circulatores, cinaedi, unguentarii, tonsores, vascularii, argentarii, aliique ejusmodi permulti.

Judaei.

Sicarii.

ROMAE COMOEDIA AGITUR.

Uomini illustri, sì romani che stranieri, principalmente filosofi greci, i quali passeggiano sotto al portico di Pompeo.

Littori i quali coll' araldo precedono i triumviri.

Gladiatori, ciurmadori, mignoni, unguentieri, barbieri, vasaj, orefici, ed altri molti di queste classi.

Giudei.

Sicari.

IN ROMA E' L'AZIONE.